



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

Præfatio Interpretis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)



P R A E F A T I O INTERPRETIS.

§. I.

E n tibi, amice Lector! *Historiaæ Ecclesiasti- cæ finis.*
tertiam Historiæ Ecclesiasticae Par- tem! Lege in eum finem, in quem scri- pta est, nempe non tantum sciendi, sed & proficiendi animo. Certe finis hujus Scriptionis non fuit, ut mirabilibus factis

) (2 scien-

PRÆFATIO

sciendi aviditas pascatur, sed ut
solidis argumentis Christiani
Lectoris Fides roboretur, ejus-
que Pietas Exemplis Proborum
excitetur. Lege itaque non
minus præstantem quam utilem
Historiam! nam, si illa Historiæ
Pars, quæ Regiminis Politici o-
riginem, atque Regnorum ex-
ordia, augmenta, Gloriam, For-
tunam, Leges, Vicissitudines,
& Magnorum Virorum facta,
enarrat, ad Ethicam spectat,
quia per exempla pravos Ho-
minum affectus corrigere, re-
gere, & sibi ipsi imperare docet,
cur non æquali jure Historici
Studii Partem alteram, & no-
biliorem, quæ Veræ Ecclesiæ
Ortum, & Progressum, Disci-
plinam, Canones, Doctrinam,
diver-

INTERPRETIS.

diversum diversis temporibus
statum, & Sanctorum Exempla
exponit, Theologiæ Dogmati-
cæ, & Moralis oculum dextrum
esse dicamus, quo destitutus si
aliquis hujus scientiæ omnium
præstantissimæ, & immensæ Pe-
netralia ingressus fuerit, non se-
cūs ac homo tenebris nocturnis
deprehensus, a veritate aberra-
bit? Jam vero sicut Ethica ni-
hil illi prodesset, qui equidem
humanos affectus omnes accu-
rate enumerare, definire, & de
eorum proprietatibus effecti-
busque, differere didicisset, at
sui ipsius animi motus reprime-
re, cohibere, & se ipsum regere
non nosset, ita etiam Historiæ
Ecclesiasticæ, quæ Theologiæ
Dogmaticæ Germana soror est,

X 3 Lectio,

PRÆFATIO

Lectio, non illam quam o-
porteret utilitatem afferet le-
genti, nisi ideo legat, ut men-
tem in Doctrina Fidei con-
firmet, & mores ad Bonorum
Christianorum Exemplar in-
stituat.

§. II.

*Ecclesiæ Li-
bertas.* In ista Fleurianæ Historiæ
Parte occurret illa Epochæ,
ubi JESU CHRISTI Ec-
clesia antea sub Ethnicis Prin-
cipibus pressa a Constantino
Magno libertate donata est.
Tunc Ecclesiæ extructæ, tunc
Cæremoniæ ordinatæ, Episco-
pis summus honor habitus,
tunc Patriarcharum, Archi-
episcoporum, Primatum, Me-
tropolitarum distinctæ Digni-
tates

INTERPRETIS.

tates innotuere, atque Sanctissimæ Christi Sponsæ Majestas in oculis Gentilium æque ac Christianorum resplenduit; ita ut intolerabilis omnino sit temeritas Interpretis Germani, in Præfatione ad primam Partem dicentis, ab initio æqualem omnibus Episcopis fuisse Potestatem, & ambitu Romanorum Episcoporum factum, ut unus in alios Dominatum quæreret. Qualiscunque denique prætextus arripiendus fuit homini, ut Ministrorum Protestantium, si eos cum Præfulum Catholicæ Ecclesiæ splendore conferas, vilitatem excusaret.

X 4 §. III.

PRÆFATIO

§. III.

*Concilium
Nicenum.*

Occurret Concilium Universale Nicenum, sequentium deinde omnium exemplar. Qui omnia hujus Concilii adjuncta pensaverit, deprehendet, concurrente utraque Potestate Ecclesiastica, & Cæsarea fuisse celebratum. Idem quod in primo, etiam in ultimo Concilio Generali Tridentino observandum, nempe unanimi consensu Summi Pontificis Pauli III. & Imperatoris Caroli V. fuisse inchoatum, quia diversarum Potestatum Auctoritas non ad eundem, sed ad fines diversos requiritur. Cæsareæ Majestatis est, Ecclesiam, quam Matrem venera-

INTERPRETIS.

neratur , tueri , & Improborum molimina reprimere. Episcoporum est , Spiritualia , & Causam Fidei pertractare. Quam Personam Constantinus Magnus in Concilio Niceno egerit , & ut plenissimam de Fide judicandi libertatem Episcopis reliquerit , res omnibus notissima est ; hinc patet Interpretam Protestantem utriusque Potestatis officia non satis capere , & Catholicos injuria insimulare , quod in hac Materia Præjudiciis tenentur.

In hoc Concilio pestilens Arii Hæresis damnata. Si Ecclesia Catholica credidisset, solam Sacram Scripturam ad com-

(5) ponen-

PRÆFATIO

ponendas lites, & definiendas
Quæstiones sufficere, cur tot
Episcopi ex variis Orbis Par-
tibus maxima eorum molestia
& ingentibus Cæsaris impensis
fuissent in unam Civitatem
convocati ? Sed in Ecclesiæ
Liberæ primordiis, imo & i-
psorum Apostolorum tempo-
re, omnes persuasum sibi ha-
bebant, præter Sacram Scri-
pturam etiam Ecclesiæ Au-
ctoritatem esse necessariam, ut
Hæreses legitime damnaren-
tur, & scirent Fideles, quid
sibi sine errandi periculo cre-
dendum, si Controversia de
Fide oriretur. Id quidem de
omnibus erroribus, totam Ec-
clesiam perturbantibus, verum,
at imprimis de Arianorum Hæ-
resi,

INTERPRETIS.

resi, quæ multis, & in sensu literali atque in speciem claris textibus defendi potest. Hanc Hæresin Interpres Protestans damnat quidem, sed si eum Arianus aggrederetur, nisi ad Auctoritatem Concilii Niceni, id est, Ecclesiæ Romano-Catholicæ confugeret, vinceretur. Idem Interpres edita Parte quinta suæ Versionis in Nota pag. 178. Sermone ad Philopistum directo inquit: *Ersu-
che aber denjenigen/ der sich
zu Maynz eine Critik über
diese Kirchenhistorie / und
Uebersetzung derselben ange-
masset hat. sc. Quis risum
teneat? homo nullius nominis
temeritatem esse putat, si quis
ejus mendacia, & calumnias or-
bi*

PRÆFATIO

bi patefaciat. Doctissimus, & zelosissimus Philopistus anno 1756. Moguntiæ Indiculum edidit, cuius Titulus: *Betrugsanzeige in Religions-schriften/ & demonstrat Inter-pretem Fleurii Protestantem,* antequam in Parte prima Ver-sionis suæ ad umbilicum per-venisset, sexies decies SS. Pa-trum, & Fleurii Textus cor-rupisse. Quid ipse respondet? Quomodo factum purgat? inepta humanitate rogit Philo-pistum, ut legat Sigonium, qui in S. Joannem I. Pontifi-cem rustice invehitur, quod Le-gatione ad Imperatorem O-rientis, ipsius opinione, pes-sime functus sit. Si tamen genuina sunt, quæ Interpres Pro-


INTERPRETIS.

Protestans, nullius fidei homo, ex Sigonio excerptisse se dicit. Librum quem ipse citat: *Delineatio sincera veræ Cathol. Eccl.* nec in Moreri, quamvis alia Sigonii opera enumeret, nec in Graveson reperire est. Quæ Responsio? qualis purgatio? nempe tali Interpretate digna. Reliqua hujus Notæ suo loco castigabuntur. Quid vero meis Annotationibus, Germano Idiomate anno 1757. editis, Interpres iste responsurus est? Scilicet, cum aliud non possit, muliercularum more, convicia ingeret.

Interim, Amice Lector!
hanc recipe Partem Tertiam
Fleu-

PRÆFAT. INTERPR.

Fleurii, Auctoris, de quo Gra-
veson, Sacrae Facultatis Pari-
siensis Doctor, Ord. Fratrum
Prædicatorum, Scriptor etiam
in Germania celeberrimus in
sua Historia Ecclesiastica di-
cit: *Vivit abhucdum illustris-
simus ille Abbas ac propediem
votis omnium Virorum erudi-
torum facturus satis suam ele-
gantissimam absolvet Histo-
riam Ecclesiasticam*
Vale!



CON-